Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Deus qui tribus pueris misisti flammas igni
um concede propitius: ut nos famulos tuos non
cruciet flamma iniquor. Lectio epistole beati Paulo apostoli ad Thes
Fres. Rogamus uos per aduentum domini nostri
ihesu xpi et nre congregationis in ipsum: ut
non cito moueamini a uro sensu: neqz terreamini:
neqz per spiritum neqz per sermonem: neqz per epistolam tanqm
per nos missam quasi instet dies domini. Ne quis uos
seducat ullomodo: quoniam nisi uenerit discessio pri
mum et reuelatus fuerit homo peccati: filius perditionis
qui aduersatur et extollitur super omne
quod dicitur deus aut quod colitur ita ut in te
plo dei sedeat ostendens se tanqm sit deus. Non retine
tis quod cum adhuc essem apud uos hec dicebam
uobis. Et nunc quid detineat scitis: ut reuelet
in tempore suo. Nam misterium iam operatur iniquitatis:
tantum ut qui tenet nunc teneat donec de medio
fiat. Et tunc reuelabitur ille iniquus: quem
dominus ihesus interficiet spiritu oris sui et destruet
illustratione aduentus sui. Graduale. Qui regis israel intende
de qui deducis uelut ouem ioseph. V. Qui sedes super cherubim
appare coram effraym. V. Excita
potentiam tuam et uenie ut saluos facias nos. Tractum
Anno quintodecimo imperij tyberij cesaris pre
sente pontio pylato iudeam tetrarchia au
tem galylee herode: philippo autem fratre eius te
trarcha ituree et trachonitidis regionis et ly
sania abilene tetrarcha sub principibus sacer
dotum anna et cayphia: factum est uerbum domi
super ioseph filium zacharie in deserto. Et uenit
in omnem regionem iordanis predicans baptis